

De

et alius discipulus. Discipulus autem erat notus pontifici et intravit cum ihesu in atrium pontificis. Sequitur post alium. Unus assistens ministrorum dedit aliam panem ihesu dicens. Sic respondens pontifici. Et nota quod iohannes non solum secutus est ihesum usque in pontificis atrium ubi vidit eum aliam panem. ymo etiam secutus est eum usque ad crucis patibulum. ubi vidit eum clavum confossum. aceto potatum. et lancea perforatum. Ad et ipse. Joh. 19. protestatur sic inquit. Susceperunt ihesum et deduxerunt et hauriens sibi crucem. exiit in eum qui dicitur caluarie locum ubi crucifixerunt eum. sequitur. Cum vidisset ergo ihesus matrem et discipulum stantem quem diligebat. dicit matri sue. Mulier ecce filius tuus etc. sequitur. Cum accepisset ihesus acetum. dixit consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. sequitur. Unus militum lancea latus eius aperuit. et continuo exiit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit. et verum est testimonium eius. **Tercio** secutus est ihesum post manifestatam resurrectionem. Unde dicit idem iohannes 21. Quod cum ihesus resurrexisset a mortuis. et veniens inter discipulos. dedisset eis panem et piscem et illi prandidissent. dicit petro sequere me. Et tunc conversus petrus. vidit etiam illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem. Nos etiam carissimi ad imitationem huius preclari discipuli. non solum sequi debemus dominum nobis eterna premia promittentem. sed etiam sequi debemus eum pro nobis in cruce dura supplicia patientem. ut tandem in generali resurrectione sequamur eum ad eternum convivium procedentem.

De quarto nota quod iohannes triplex premium recepit a domino quia eum fideliter sequebatur. videlicet vitam eternam lucem perpetuam. et iudicalem potentiam. Nec enim tria promittuntur eis qui cum perseverantia secuti fuerint ihesum christum. De primo dicit dominus. Joh. 10. Vires mee vocem meam audiunt et sequuntur me et ego vitam eternam do eis. De secundo dicit dominus. Joh. 8. Ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. De tercio dicitur. Mat. 19. Ubi petrus dixit ad ihesum. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te quid ergo erit nobis. Ihesus autem dixit illis. Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et vos super sedes duodecim. iudicantes duodecim tribus israel. Rogate ergo carissimi dominum ut eum sic hic sequamur. ut in futuro vitam eternam. et lucem perpetuam consequamur. Quod nobis prestare dignetur. etc.

Sanctorum innocentium. Sermo sextus.

Vidi et ecce agnus stabat supra montem syon etc. Apoc. 14. Agnus est christus dominus secundum illud. Joh. 1. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata